

Accessit Latinitas: Urbanite Hymnody in the Context of Renaissance Classicism

Item 1

- | | | |
|----|---|--|
| 1 | Summae Deus clementiae,
Mundique factor machinae ,
Unus potentialiter ,
Trinusque personaliter . | Summae Parens clementiae,
Mundi regis qui machinam ,
Unius et substantiae ,
Trinusque personis Deus . |
| 5 | Nostros pius cum canticis
Flectus benigne suscipe:
Quo corde puro sordibus
Te perfruamur largius. | Nostros pius cum canticis
Flectus benigne suscipe:
Ut corde puro sordium
Te perfruamur largius. |
| 9 | Lumbos, iecurque morbidum
Adure igni congruo :
Accincti ut sint perpetim,
Luxu remoto pessimo. | Lumbos, iecurque morbidum
Flammis adure congruis :
Accincti ut artus excubent ,
Luxu remoto pessimo. |
| 13 | Ut quique horas noctium
Nunc concinendo rumpimus,
Donis beatæ patriæ
Ditemur omnes affatim . | Quicumque ut horas noctium
Nunc concinendo rumpimus,
Ditemur omnes affatim
Donis beatæ patriæ . |

Item 2

- | | | |
|---|--|---|
| 1 | Tibi Christe splendor <i>Patris</i> ,
Vita, virtus <i>cordium</i> ,
In conspectus angelorum,
Votis, voce psallimus,
Alternantes concrepando,
Melos damus vocibus. | Te splendor et virtus <i>Patris</i> ,
Te vita, Iesu, <i>cordium</i>
Ab ore qui pendent tuo,
Laudamus inter angelos. |
| 7 | Collaudamus venerantes
Omnes caeli milites,
Sed praecipue primate
Caelestis exercitus,
Michaellem in virtute
Conterentem Zabulon. | Tibi mille densa millium
Ducum corona militat;
Sed explicat victor crucem
Michael salutis significat.

Draconis hic dirum caput
In ima pellit tartara,
Ducemque cum rebellibus
Caelesti ab arce fulminat. |

13 Quo custode procul pelle, Rex Christe piissime, Omnes nefas inimici, Mundo corde, et corpore: Paradiso redde tuo Nos sola clementia.	Contra ducem superbiae Sequamur hunc nos principem, Ut detur ex Agni throno Nobis corona gloriae.
--	--

Item 3

1 Splendor Paternae gloriae, De luce lucem proferens, Lux lucis et fons luminis, Dies diem illuminans:.	Splendor Paternae gloriae, De luce lucem proferens, Lux lucis et fons luminis, Diem dies illuminans:
5 Verusque sol illabere, Micans nitore perpeti: Iubarque Sancti Spiritus Infunde nostris sensibus.	Verusque sol illabere, Micans nitore perpeti: Iubarque Sancti Spiritus Infunde nostris sensibus.
9 Votis vocemus et Patrem, Patrem perennis gloriae, Patrem potentis gratiae, Culpam releget lubricam.	Votis vocemus et Patrem, Patrem potentis gratiae, Patrem perennis gloriae, Culpam releget lubricam.
13 Informet actus strenuos: Dentes retundat invidi: Causa secundet asperos: Donet gerendi gratiam.	Confirmet actus strenuos: Dentes retundat invidi: Causa secundet asperos: Agenda recte dirigat.
17 Mentem gubernet, et regat: Casto fideli corpore, Fides calore ferveat: Fraudis venena nesciat.	Mentem gubernet, et regat: Sit pura nobis castitas, Fides calore ferveat: Fraudis venena nesciat.
21 Christusque nobis sit cibus, Potusque noster sit fides: Laeti bibamus sobriam Ebrietatem Spiritus.	Christusque nobis sit cibus, Potusque noster sit fides: Laeti bibamus sobriam Profusionem Spiritus.
25 Laetus dies hic transeat, Pudor sit ut diluculum, Fides velut meridies, Crepusculum mens nesciat.	Laetus dies hic transeat, Pudor sit ut diluculum, Fides velut meridies, Crepusculum mens nesciat.
29 Aurora cursus provehit Aurora totus prodeat, In Patre totus Filius, Et totus in Verbo Pater	Aurora lucem provehit Cum luce nobis prodeat, In Patre totus Filius Et totus in Verbo Pater